

tatio Academica de Betulâ nanâ *, quam mittam, licèt novi nil contineat **.

In promotionem doctoralem programma conscripsi de nuper inventis stupendis in historiâ naturali, e. g. de Viperâ caudisonâ, prædam ad se trahente;

De Polypo reviviscente;

De Coriariâ epilepsiam curante; quæ ambo tua sunt.

Ne mireris quòd intertuos habeas inimicos. Cum pares habere nequeas, necesse est ut inimicos habeas. *Tu incede viam, vagnâque eripe ense.* Quæso, percurras omnes medicos sui temporis summos, et ostendas mihi unicum qui adversarium non habuerit; ego certè novi nullum. Si esses tuis inferior, nullus te lividis adspiceret oculis. Utinàm velles aliquam observationem cum nostrâ Societate communicare! Videres indè quòd tui hanc longè magis facerent; *non propheta in patria.*

Semina Coriariæ hâc æstate utinàm pro me colligere velles! plura non audeo petere antequàm mea acceperis.

* *In Amœn. Acad.*, vol. I, 1745:

** Linné décrit le *Betula nana* comme espèce nouvelle, quoique avant lui la *Flore Prussienne* l'eût fait connaître sous le nom spécifique de *Pumila*.